

ELENCHUS  
AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

BS 548

M5

v. 16

GENEBRARDUS.

Commentarium in Psalmos (à psal. CV ad finem).

BERTHIER.

Notes et réflexions sur les Psaumes.

BAYNUS.

Commentarium in Proverbia.

S. HIERONYMUS. — S. SIDORUS PELUSIOTA. — CORNELIUS A LAPIDE.  
ROSENMULLER. — CALMET. — BOSSUET. — HOUBIGANT. — SACY. — BIBLE DE VENCE.  
GROTIUS. — MENOCHIIUS. — MOISIUS. — GEJERUS. — MUNSTERUS. — MALDONAT.  
CLARIUS. — MOLANUS. — CARTWIRGTHUS. — MERCERUS. — ESTIUS.  
LYRANUS. — TIRINUS. — CASTALIO. — JANSENIUS. — BELLARMINUS. — FLAMINIUS.  
AINSWORTHUS. — CODURCUS. — MALVENDA. — PISCATOR. — CAJETANUS.

BELLANGER, etc.

Prefationes, Instructiones et Annotationes.

INDEX RERUM.



FONDO METERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Crudebat Migne,

in via dictâ n'Annoise, hors la barrière d'Enfer.

SEQUITUR IN PSALMOS

COMMENTARIUM.

1. Halleluia, Halleluia. CV.

Hebr. cvi.

PSAUME CV.

2. Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia ejus.

3. Quis loquetur potentias Domini auditas faciet omnes laudes ejus?

4. Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt justitiam in omni tempore.

5. Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo:

6. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad letandum in letitia gentis tue, ut laudaris eum hereditate tua.

7. Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus.

8. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua; non fuerunt memores multitudinis misericordie tue.

9. Et irritaverunt ascendentes in mare, mare Rubrum.

10. Et salvavit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.

11. Et increpuit mare Rubrum, et exsiccatum est, et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

12. Et salvavit eos de manu odientium, et redemit eos de manu inimici.

13. Et operuit aqua tribulantes eos; unus ex eis non remansit.

14. Et crederunt verbis ejus, et laudaverunt laudem ejus.

15. Cito fecerunt, oblitus sunt operum ejus, et non sustinuerunt consilium ejus.

16. Et concupierunt concupiscentiam in deserto; et tentaverunt Deum in iniquo.

17. Et dedit eis petitionem ipsorum, et misit saturitatem in animas eorum.

18. Et irritaverunt Mosen in castris, Aaron sanctum Domini.

19. Aperta est terra, et degliviit Dathan, et operuit super congregationem Abiron.

20. Et exarsit ignis in synagoga eorum; flamma combussit peccatores.

21. Et fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt sculptile.

22. Et mutaverunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fenum.

23. Obliti sunt Deum qui salvavit eos, qui fecit

s. s. XVI.

1. Célébrez le Seigneur (ou rendez grâces au Seigneur), parce qu'il est plein de bonté, parce que sa miséricorde est éternelle.

2. Qui pourra raconter les merveilles de sa puissance? qui pourra faire entendre toutes les louanges qu'il mérite?

3. Heureux ceux qui se conduisent en tout avec jugement, et qui pratiquent la justice en tout temps.

4. Souvenez-vous de nous, Seigneur, selon les sentiments de bienveillance que vous avez eus pour votre peuple; visitez-nous pour nous sauver:

5. Afin que nous voyions les biens dont vous comblez vos élus, afin que nous goûtions la joie qui fait le bonheur de votre peuple, afin que nous chantions vos louanges avec votre héritage.

6. Nous avons péché avec nos pères, nous avons fait l'injustice, nous avons commis l'iniquité.

7. Nos pères, dans l'Égypte, n'ont pas compris vos merveilles: ils ne se sont point souvenus de vos miséricordes sans nombre.

8. Ils vous ont irrité dans leur route vers la mer, vers la Mer-Rouge.

9. Cependant il les délivra à cause de son nom, et pour faire connaître sa puissance.

10. Il commanda au maître à la Mer-Rouge, et elle fut desséchée; et il conduisit son peuple à travers ces abîmes comme si c'avait été un désert.

11. Il les délivra ainsi de la main de ceux qui les haïssaient, il les arracha au pouvoir de leurs ennemis.

12. La mer submergea leurs persécuteurs, et il n'en resta pas un seul.

13. Alors ils crurent à sa parole, et ils chantèrent en son honneur un cantique de louanges.

14. Cela ne dura pas: ils oublièrent ses prodiges, et ils n'attendirent point l'effet de ses desseins.

15. Ils concupirent dans le désert des désirs effrénés, et ils tentèrent Dieu dans ces lieux arides.

16. Il leur accorda leur demande, et il leur envoya ce qui pouvait satisfaire leur envie.

17. Dans leur camp, ils se révoltèrent contre Moïse et contre Aaron, qui était consacré au Seigneur.

18. La terre s'ouvrit, et engloutit Dathan, puis elle se referma sur ceux de la faction d'Abiron.

19. D'un autre côté, le feu s'alluma contre la troupe de leur parti, et la flamme consuma ces impies.

20. Ils firent un veau d'or près du mont Horeb, et ils adorèrent un ouvrage de sculpture (ou de fonte).

21. Ils changèrent par là le Dieu qui faisait leur gloire, dans la figure d'un animal qui se nourrit d'herbe.

22. Ils oublièrent ainsi le Dieu qui les avait sauvés, qui avait fait de grandes choses en Égypte, des choses

I

000117



magnalia in Ægypto, mirabilia in terrâ Cham, terribilia in mari Rubro.

24. Et dixit, ut disperderet eos, si non Moyses, electus ejus, stetit in confectione, in conspectu ejus.

25. Ut auerteret iram ejus, ne disperderet eos, et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

26. Non crediderunt verbo ejus, et murmuraverunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini.

27. Et elevavit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.

28. Et ut deficeret semen eorum in nationibus, et dispergeret eos in regionibus.

29. Et initiati sunt Beelphegor, et comederunt sacrificia mortuorum.

30. Et irritaverunt eum in adventionibus suis, et multiplicata est in eis ruina.

31. Et sicut Phinees, et placavit, et cessavit quasi-satio.

32. Et reputatum est ei in justitiam, in generatione et generationem, usque in sempiternum.

33. Et irritaverunt eum ad aquas Contradictionis; et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus.

34. Et distinxit in labiis suis; non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis.

35. Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum.

36. Et immolaverunt filios suos: et filias suas demonis.

37. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.

38. Et infecta est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum, et fornicati sunt in adventionibus suis.

39. Et iratus est furor Domini in populum suum, et abominatus est hereditatem suam.

40. Et tradidit eos in manus gentium, et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

41. Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum, sapè liberavit eos.

42. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

43. Et vidit eum tribularentur, et audivit orationem eorum.

44. Et memor fuit testamenti sui, et penitit eum secundum multitudinem misericordie sue.

45. Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.

46. Salvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus;

47. Ut confiteamur nomini sancto tuo, et glorificemur in laude tua.

48. Benedictus Dominus Deus Israel a seculo et usque in seculum, et dicit omnis populus: Fiat, fiat.

merveilleuses dans la terre de Cham, des choses terribles dans la Mer-Rouge.

25. Il déclara pour lors qu'il allait les détruire; mais Moïse, son serviteur, se tint en sa présence, pour rompre l'effort de sa colère.

24. Pour empêcher que le courroux de l'Éternel ne les exterminât: cependant ces rebelles n'eurent que du mépris pour la terre si digne de leurs desirs.

25. Ils n'ajoutèrent point foi à ses paroles, ils murmurèrent dans leurs tentes; et ils n'écouteront point la voix du Seigneur.

26. Il leva sa main sur eux, pour les faire périr dans le désert;

27. Pour soumettre leur race au pouvoir des nations, et pour les dissiper en divers pays.

28. Ils se consacèrent au culte de Beelphegor, et ils mangèrent des victimes immolées à des dieux morts.

29. Ils irritèrent (ainsi le Seigneur) par leurs œuvres impies, et ils attirèrent sur eux un fléau qui en fit périr un grand nombre.

30. Phinees parut, apaisa le Seigneur, et le fléau cessa.

31. Et cette action lui fut imputée à justice, de génération en génération à perpétuité.

32. Il irrita encore (le Seigneur) aux eaux de contradiction, et ils furent cause que Moïse fut puni; ils avaient rempli son cœur d'amertume;

33. Et il témoigna de la défiance dans ses paroles: ensuite ils ne détruisirent point les nations que le Seigneur avait dit de détruire.

34. Ils se mêlèrent parmi les nations, ils apprirent d'elles leurs mauvaises pratiques, ils adorèrent leurs idoles; et ce fut là la cause de leurs chutes (ou de leurs malheurs).

35. Ils immolèrent leurs fils et leurs filles aux démons.

36. Ils répandirent le sang innocent, le sang de leurs fils et de leurs filles, qu'ils sacrifiaient aux idoles de Chanaan.

37. La terre fut teinte de ce sang, elle fut souillée de ces œuvres (abominables); ils se prostituèrent en se livrant à ce culte (impie).

38. Dieu fut enflammé de colère contre son peuple, et il eut en abomination son héritage.

39. Il les livra entre les mains des nations, et ceux qui les haïssaient devinrent leurs maîtres.

40. Leurs ennemis les persécutèrent, et ils furent humiliés sous leur puissance: Dieu les délivra à plusieurs reprises.

41. Mais ils irritèrent toujours par leurs mauvaises pratiques, et ils tombèrent dans un grand abaissement à cause de leurs iniquités.

42. Le Seigneur jeta ses regards sur eux lorsqu'ils étaient dans la tribulation, et il écouta leurs prières.

43. Il se ressouvint de son alliance, et il se repentit selon la grandeur de sa miséricorde.

44. Il les combla de ses miséricordes, à la vue de tous ceux qui les avaient réduits en servitude.

45. Sauvez-nous, ô Seigneur notre Dieu, et rassemblez-nous d'entre les nations:

46. Afin que nous célébrions votre saint nom, et que nous nous glorifions des louanges que nous vous donnerons.

47. Béni soit le Seigneur Dieu d'Israël dans les siècles: et tout le peuple dira (ou que tout le peuple dise): Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

VERS. 1. — HALLELUIA (1). Eadem hic ratio tituli ac superiore Psalmo, nisi quod halleluia duplicetur, quod in eo præter simplicem laudationem Dei et beneficiorum ejus commemorationem, illa etiam commendatur, atque ita veluti geminetur laus. In fonte, prius claudit superiore Psalmo, posterius hunc inseribit, de quo ultimo versu superioris.

VERS. 2. — CONFITEMINI DOMINO, etc. (2). Tres

(1) Duplex halleluia in fronte hujus Psalmi apud quosdam codices legitur: communis tamen lex est, inquit hoc loco S. Hieronymus, cum duplex halleluia in fronte Psalmi alicujus legitur, alterum ad superioris finem, alterum ad presentis initium pertinere, idemque in hoc Psalmo animadvertitur. Si idem Rabbinus meretur, hic Psalms et superior quotidie coram archa Domini canebatur in monte Sion, per eos septem ac tringenta annos, quibus ibi fuit; à solemnibus scilicet per Davidem translatione usque ad templi Salomonici dedicationem.

Nos cum S. Augustino, Eusebio ac Theodoro ceteris continuationem esse Psalms 104. Primum duosque postremi Psalms hujus 105 versiculi in eodem Paralipomenon carmine leguntur, ubi prima Psalms superioris pars recitatur. Recensitis Psalms 104. Dei beneficiis vates populi scelera, provocataque sceleribus supplicia hic enumerat.

Eruditi plures interpretes de captivitate Babylonicâ explicant. Versiculi 4, 5 et 47 hinc sententia plurimum favent; at nihilominus reversis mox Babylone Israelitis convenit, Dominum rogantibus, ut ceteros fratres revocet adhuc vagantes, fatentesque scelerum suorum causâ in eâ mala sese impulsos esse, quibus afflicti sunt, exilium præsertim et captivitatem. Mystico interpretatur S. Hieronymus, veluti paranesim ad peccatores, ut ad Deum convertantur, et eorum oburgationem, qui suam ipsorum salutem ac penitentiam medicamentum negligunt.

Celebrat et hic Psalms beneficia Dei, exhibita patribus populi Judaici in solitudine deserti et initiis iniquitatis terre Chanaanice, imprimis autem misericordiam ejus ingentem, quâ ignoverit benignissimè peccatis gravissimis ipsorum. Refert autem imprimis quæ omisit Ps. 78 et 105. Posterior carminis pars (inde à v. 41) post reditum ex Babylonicâ exilio compositum, aut certe in eam, quâ nunc comparat formam reductum Psalms arguit (a). Atque initium etiam carminis exulibus mînis convenit, ut letius. Quare, ut Psalms aliquot præcedentes, ita hic quoque templi secundi consecrationi destinatus fuerit. Videntur autem hi Psalms aliquot iniorum templi secundi in dies certos distincti, aut tempora etiam dici certa quibus singulis accinerentur aliqua; quod et Davidem initiis tabernaculi Zionis de suis Psalms fecisse apparet.

(2) Hanc formulam frequenter usurpabant Hebræi, eaque veluti intercalari carmine in solemnibus pompis

(a) Absoluto domini Babylonicâ exilio scriptum esse hunc Psalms censet etiam Schnurreros, in Deserta p. 484, not. Nusse hinc, inquit, sententia hæc obstat illud, quod 1 Chron. 16, 34, 36, verba: eaque Ps. 106 exhibet versu primo et duobus extremis, dicuntur adhibita fuisse in sacris publicis, Davidis curâ restauratis ordinatisque. Neutiquam enim eæ ratione hinc elicitur, Psalms, cui eadem verba insunt, universum vel ab ipso Davide profectum esse, vel certe ejus ætate in sacris adhibuit. Eundem putaverim potius, formulis 1 Chron. 16, 34, seqq. commemoratis, postquam in sacris adhiberi cepissent, ab hinc ita usu receptas, et apud populum frequentatas fuisse, ut inferioris ætatis vati eadem facillimè poterint occurrere, atque ab hoc in suo carmine usurpari. (Rosenmuller.)

primos versus in sua personâ refert. Jam quanto inducit captivos loquentes de suo exilio, et sua peccata confitentes. Ab hoc versu etiam incipiunt Psalms sequentes 117 et 155.

VERS. 5. — QUIS LOQUATUR POTENTIAS, admiranda et fortia ejus facta, quibus populum suum liberavit et munivit, quis eloquetur et explicabit? q. d.: Nullus. Nam huic interrogationi vis negandi inest. AUBITAS FACIET, (quis) audire faciet, quis fando exprimet omnes ejus laudes, quis laudabilia ejus opera enarrabit? Nullus sanè id possit præ innumera-bilitate.

VERS. 4. — BEATI QUI CISTODIUNT JUDICIUM. Cùm tanta sit Dei potentia, beati qui justè vivunt, et secundum virtutem, qui justitie ac virtuti student. Facere judicium et justitiam est justas Dei leges observare.

VERS. 5. — MEMENTO NOSTRI, DOMINE. Incipiunt captivi precari pro suo exilio, et peccata confiteri, ut liquet, vers. 7 et 8. Ex quo Septuag. pronominâ meî, me, verterunt nostri, nos. IN BENEPLACITO POPULI TUI, erga tuum populum, activè, id est, pro tuâ erga tuos bonâ voluntate et favore, secundum tuam in populum tuum benevolentiam: sicuti soles te præbere benevolam populo tuo electo, beneplacito, et favore quo prosequeris populum tuum, memor esto nostri. Meminit enim Deus aliquorum, sed in malum, sive maleplacitum, ut eos scilicet puniat, vexet, exerceat multis calamitatibus. IN SALTARI TUI, per tuum Salvatorem Christum; Christi adventum peti Euthymius putat. Vel tuâ salute, id est, quam tuis afferre soles (nam idem dicit utroque hemistichio) visita nos, ejus nos participes ellici, ut Latine, præposito in redundet, et sit ablativus modi. Sic in membro superiore: Memento nobis beneplaciti tui antiqui erga tuos, participes nos effice benevolentia quâ populum tuum jam olim es amplexus. Quo pacto? beneplacito tuo, benevolentissimè. Simplificius ut in pro cum in utroque membro. Visita nos cum salute tuâ, salutari visitatione adesto, assiste nobis. Visitat enim aliquos, sed in ipsorum perniciem, vel castigationem, Levit. 26, v. 16.

et gratiarum actionibus utebantur. S. Chrysostomus, S. Hieronymus, Eusebius et S. Augustinus verbum confitemini de criminum exomologis explicant, ob ea quæ sequuntur: Quoniam in seculum misericordia ejus et v. 6: Peccavimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus, etc. Scelera vestra coram illo fatemini, clamantia enim et misericordie plenus est; antiqua beneficia et misericordia quâ patres vestros prosecutus est, animos vobis addant, studeantque illum adire, vestraque illi crimina supplicii animo confiteri, dum licet; elapsa enim hæc vitâ, misericordie tempus desinet. Hic est misericordia, ceterum supra justitia est. Quamdiu estis in seculo, confitemini, inquit S. Hieronymus.

Alii tamen longè probabilius explicant de laudum confessione. Afflicta captivæque gens, Deum celebrat; plenus enim misericordie est; fiduciam excitat, expensis beneficiis, quibus parentes vestros prosecutus est; quoties ad Deum confugerunt, exaudivit Deus, ipsosque calamitatibus malisque liberavit. (Calmet.)



VERS. 6. — AD VIDENDUM IN BONITATE ELECTORUM, ut videamus electorum tuorum bona. Verba sensuum in hac lingua construntur cum prepositione. Ad LAUDANDUM, ut letetur letitiam quæ solet gaudere et frui gens que tibi chara est. Ut LAUDERIS, asyntheton (et) ut glorificeris apud tuam hereditatem, id est, apud tuos. Vel, ut tu et hereditas tua, sive populus tuus laudemini. Unde Hebraicè, *lethaller, ad gloriandum, ad laudandum se*; quod aliqui, ut Septuag. per secundam personam resolvunt, alii per primam, ut gloriemur cum tuis, vel apud teos. Nam prepositio *him, cum*, etiam *apud* significat. Nonnullis petit ut habere possit cum electis communionem, id est, cum electorum sorte et hereditate. *Ut* autem est anaphora, cunctis ad superiorem versum relatis, visita nos Christi tui adventu, ut videamus, etc., ut letetur, etc. denique ut laudemus, etc.

VERS. 7. — PECCAVIMUS, INJUSTE EGIMUS, INQUITATEM FECIMUS. UNICO verbo in Hebræo: *Pravè egimus, impiè fecimus*. Hæc autem tria etiam conjungit Daniel, cap. 9, v. 5, et Moses, Exod. 34, v. 6, de tribus peccatorum generibus, primò in se, secundò in proximum, tertio in Deum, q. d.: Nullum peccatorum genus prætermisimus. Est autem gradatio, ait R. Levi, Levit. 16. Nam *reschah*, impietas gravior quam *havon*, iniquitas, et *havon*, quam *khata*, peccatum. Peccavimus cum patribus nostris per errorem et imprudentiam; injustè sive iniquè egimus, cogitate et scientes; impiè fecimus; multoties et arroganter. Quin et monet esse allusionem ad conceptam sacerdotalis confessionis formulam (*Leshon haniddai*, linguam exomologosæ appellat) in qua die expiationis primùm peccata confitebantur, deinde iniquitates, denique prævaricationes, ut eas Deus expiaret. INQUITATEM FECIMUS, impietatem propriè. Unde in Mose, pro hoc tertio est *pehah* prævaricatio, rebellii (in Deum).

VERS. 8. — PATRES NOSTRI NON INTELEXERUNT. Confiteatur etiam peccata patrum prima, quæ etiam in Ægypto commiserant, ubi plurima illius beneficia fuerant experti, quòd illa redundat in natos et posteritatem, quantum ad supplicia temporalia, Exod. 20, v. 5. INTELEXERUNT, prudenter considerarunt.

VERS. 9. — ET IRRUVERUNT ASCENDENTES; at, sed, rebellaverunt contra te in oris maris Rubri, vixidum ex Ægypto egressi, Exod. 24, v. 11. Er, pro sed, adversativè. ASCENDENTES IN MARE, in littore, jamjam ingressuri mare, quin etiam dum in ipso essent mari. Nam hæc repetitio hoc docet. Quare Hebraicè legitur: *Haliim bejam suph, super mare, in mari caretoso*, id est, rebellarunt Deo ad littus maris Rubri, atque adeò in ipso mari Rubro. Littora quidem sunt superiora et sublimiora aquis, sive maris, sive luminum. Sed captarunt phrasim Græcam, quæ euntes in mare dicuntur ascendere, in Mediterranea descendere. Inde liber Xenophonius, *ἀναβαίνοντες Κύρου, ascensus Cyri*, id est, navalis ejus expeditio, *καταβαίνοντες*; contra descensus, quando tenditur in Mediterranea: cum contrario modo Hebræi loquantur, propter littorum supra aquas alti-

tudinem, ut docet Kimhi, in Psalm. 106, sive 107, et in cap. 1 Jonæ. Potuerunt etiam respicere situm loci. Quoniam egredientibus Ægyptum versòs terram Chanaan, aut versòs desertum Arabicum ascenditur, quòd Ægyptus jaceat in sede humilioris. Quare isthmus non est perfossus à multis regibus, et si tentatus, ne tota regio inundaretur. MARE RUBRUM, in Hebræo est duplex, eaque diversa prepositio: *Super mare*, in mari caretoso, id est (per asyntheton), et (vel, atque adeò) in ipso mari Rubro, ut docetur non solum Israelitis rebellasse super mare, id est, litus maris, sed etiam in ipso mari, quòd illud trepidè et exiguà fide trajicerent, metuerentque ne vel ab aquis in se redeuntibus absorberentur, vel ab Ægyptiis insequentibus comprehenderentur. Ex quo Hebræi tradunt hasitasse de se in rupturam maris dandis, etiamsi Moses et Aaron præirent, donec Nasson et Amminadab, familie Jude principes, se in illud immisissent. RUBRUM, *ῥοδινόν*. Sinus Arabicus, sive Ægyptius, à profanis hic fundi color aquis ruborem communicet, *ῥοδὸν ἕρπασον*, non *ῥοδινόν*, vel ab aqua, juxta alios, propter montes et promontoria per reflexionem solis rubescente, quasi tota vicinia rubicunda illam ei speciem tribuat. Quà ratione mare Ægeum hodiè Turcis *mare Album* vocatur, et pontus Euxinus hodiè Turcis *mare Nigrum*. Vel à Persei filio Erythrà ibi submerso. Erythra, ut Strabo tradit, lib. 16, qui confusus est fortassè cum Esau, Edom, id est, ruffo, aut cum Pharaone aquis illis Ægyptiis absumpto. Nam quòd aqua illa rubra videatur, etsi talis non sit, apparet ex ipsismet Ægyptiis scriptoribus, ut Dionysio Alexandrino, qui apud Niephorum scribit, lib. 6, cap. 9. Alexandria Nilum cæde Christianorum crenatam præbuisse speciem maris Rubri. Hebræi appellant mare *suph*, id est, algæ, caricis, sive caretosum, interprete R. Japhet, à copâ caricum et juncozum, sive papyrorum, tam in littore quam in fundo, è quibus postea chartæ usus cepit apud Ægyptios, et naviorum apud Herodotum, lib. 2, apud quem navigia Ægyptiaca è junco conficiuntur. *Suph* designat etiam turbinem et procellam. Quæ significatio illi convenit: nam est etiam procellosum propter promontoria et rupes varias. Aben-Ezra, Exod. 15, mavult *suph* esse loci nomen; R. Jesu urbis, mare Cinnereth, sive Genazarèth, de totius vocabulo, præter profanorum usum, quibus mare Rubrum, sive Erythraeum est oceanus inter Æthiopicum et Indicum; primò, quia erat pars prima, primusque sinus, sive brachium Erythraei et Rubri; deinde, ob mysterium, de quo illud Apostoli, 1 Cor. 10, v. 2: *Omnes in Hose baptizati sunt in nube et in mari*. Respicitur enim ad Christi cruorem, è quo baptismus et reliqua sacramenta vim et efficaciam mirabilem consequuntur.

VERS. 10. — ET SALVAVIT EOS PROPTER NOMEN SUUM, liberationis causâ. Propter nomen enim, id est, sui causâ, propter suam bonitatem, vel ne nomen suum quasi invalidum et infirmum blasphemaretur, juxta

illud, Exod. 14, v. 18: *Ut sciant Ægypti quia ego sum Dominus*; vel, ut nominis celebritatem et gloriam sibi compararet, ut scribit Isaias 65, 12: *Qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum*, non propter populi virtutem et merita, qui non nisi poenam merebatur.

VERS. 11. — ET INCREPIT MARE RUBRUM, vento à se misso vehementi, et urente totâ nocte, ut verteretur in siccum, Exod. 14, 21. Prosopopeia: Vehementi admodum procellâ exagitavit, vel compescuit, ne opprimeret Israelitis trajicientes; vel retardavit, represit ejus-cursum. Metaphorè enim sæpè diversa relinquunt cogitata, quæ proinde in Scripturis sunt admirabiles. In abyssis, per abyssos, et profunda maris, sicut per desertum, id est, perinde ac si fuissent in deserto et sicco loco, non in humido. Quomodò videtur Paulus interpretari, dicens, Hebr. 11, 29: *Fide transierunt per mare Rubrum, tanquam per aridam terram, quod experti Ægypti devorati sunt*; vel, tam per mare quam per deserta, 40 annis eos deduxit, et tutos conservavit.

VERS. 12. — ET SALVAVIT EOS DE MANU ODIENTIUM, Ægyptiorum. INIMICI, PHARAONIS.

VERS. 13. — UNUS EX EIS NON REMANSIT (1), non superfluit salvus, aut superstes ullus tribulantium eos, id est, Ægyptiorum ex hoc naufragio, qui viventibus aliis hujus rei famam denuntiaret.

VERS. 14. — NON CREDIDERUNT VERBIS EIUS, in verba ejus propriè. Nam Hebræi non tam subiliter distinguunt credere alicui et credere in aliquem, ut Latini theologi post D. Augustinum. Hinc quòd hoc loco: *Crediderunt in verba ejus*, paulò post, vers. 20, euntiatibi: *Crediderunt verbis ipsius*. ET LAUDAVERUNT, eceinerunt, Hebraicè, *iaschira*, de hymno, sive cantico triumphali Mosis et Mariæ, Exod. 15.

VERS. 15. — CITÒ FECERUNT, OBLITI SUNT, celeriter laudem ejus peregerunt, statim ab eo laudando desisterunt, laudi citò finem imposuerunt. Sic Gallicè: *Is out eu bientôt fait*. Major est emphasis quam si omitteretur verbum *fecerunt*. Facere pro perficere, finem imponere. Sic Hebraicè *mehara*, id est, accelerarunt, obliti sunt, id est, celeriter obliti sunt, nempe quia die tertio, postquam mare transierant, ceperunt maledicere Mose et Aaroni, quòd eos aqua defecisset.

(1) Tradit S. Irenæus Pharaonem, cum aquas ab Hebræis magicorum carminum vi alligatas, apertum, quæ malis artibus mare censeret, minime veritum esse apertum alveum subire, cum magos suos idem præsituros esse speraret. At vix imperavit aquis Moyses, illis in locum suum ruentibus. Ægyptium regem cum suis perisse. Putabat Manethon regem, qui Judæos expulit, diù post illorum egressum vitam produxisse. Loricis aliique nonnulli è discrimine illum evasisse aiunt. At hic Psalmus ac Moyses ipse omnino refragantur. Il solum ex Ægyptiis amicum mare experti sunt qui sese Israelitis junxerant, quorum meminit interdum Scriptura. Quomobrem, cum nomen ex Ægyptiis elapsus dicitur, eos intellige, inquit Eusebius, qui infesta Israelitis arma ferebant. Mysticè hic locus explicatur de baptismo, ubi diabolus et peccatum, quorum figura Pharaò ejusque exercitus erant, merguntur. (Calmet.)

Exod. 17. NON SUSTINERUNT, non expectarunt quousque perficeret suum consilium de illis in terram promissam introducendis; non expectaverunt eventum providentiarum Dei, tempus et modum ipsi placentem.

VERS. 16. — ET CONCUSPERUNT CONCUSPISCENTIAM, carnes, contempto manna, pane cælesti et delicato, Num. 11, v. 4, 5. Res voluptuarias, nec ad victum necessarias concuspiscentiâ vocat, cum haberent manna cibum ad omnia abundè sufficientem, neque carnis, neque aliis edulis opus esset. Unde illæ voces: *Quis dabit nobis carnes? Recordamur piscium Ægypti, cucumerum, peporum, porrorum, ceporum et alliorum*. In osotoso, in solitudine, epitheton poeticum deserti horridi. In eo dubitarunt de presentia et omnipotentia Dei, Exod. 17, v. 7.

VERS. 17. — ET MISIT SATURITATEM, morbum saturantem, et appetitum cibi tollentem, nauseam, Num. 11, v. 20: *Comeditis usque ad mensam dierum, donec exeat per nares vestras, et vertatur in nauseam*. Expriimit emaciantem morbum saturitatis, quo quasi saturi abhorrebant ab omni esca, sicut macrescens. Fastidium cibi, è quo sequitur macies, quando scilicet nihil possimus edere, aut statim saturi sumus, quòdque edimus, vel nocet, vel est inutile. Immisit eis reptilem, plenitudinem cibi, genus morbi, è quo sequitur tabes, nausea, cacochymia, atrophia, et alie agritudines, quas non nomine *razon*, sive maciem, fons Hebraicè appellat. Græcè Septuaginta *παρανομία*, reptilem, satietatem, ut vertit Fuchsius, aphorism. 22, lib. 2, ut alii, plenitudo cibi, genus morbi apud Galenum, aphorism. 17, lib. 2, è quo sequitur macies. Est enim, inquit, *παρανομία, πλείονος τροφῆς ὁμοιωτος ἐστίνος*. Sic vox Hebræa est morbi genus, q. d.: Dedit eis carnes pro ipsorum postulatibus, quarum reptilem consumerentur et macrescerent, hoc edulio cedente illis in reptilem, et indigestionis morbum. Macies enim et phthisis etiam oritur è nimia indulgentia et crapulâ. Quin et Hebræorum medici *boulamin* (à Græcè *κοῦδ* dubio *βουλῆσις*) infirmitatem esse aiunt, quæ laborant etiam post saturitatem esuriunt. Vide Kimhi 1 Reg. 21. Nihil hic habent moriones, ut incenset Septuaginta, quasi verterint è diametro veritatis Hebrææ, in quâ *razon* maciem saturitatis oppositam significat; sed, ut coram potibus sapientiam et eruditionem mirentur: primùm, quia macies non opponitur, ut isti fingunt, saturitati, sed obesiati; deinde quia usi sunt vocabulo medico ad aperendum causam et fontem istius maciei, et docendum *razon*, non hic simpliciter supponere pro macie, verum fuisse genus corruptionis et pestis, quòd sint Israelitæ consumpti ex reptilem concuspiscentiâ; tertio, quoniam *razon* videtur dictum per metaphesim poeticam pro *rara*, ut mox è numeris docebitur; quarto, quia etiam R. Mose Nahamam illo numerorum loco nostris Septuag. astipulatur: *Pars, inquit, eorum comederunt, et satiati sunt*; *pars in ad concuspiscentiâ perierunt, quantum diem adhuc esca esset in dentibus eorum, deservit in eos Dominus*, etc.; denique quia interdum eodem rei con-



veniunt contraria nomina. Sic altum, profundum dicimus. Sic obesum grammaticè tam pro macro quam pro pingui usurpant. Sic jurisconsulti creditum pro debito, lib. *Cum in corpus ff. de acquir. rer. dominio*; venditionem pro emptione, lib. *De venditione*, cap. de pac., lib. *Veteres*, ff. de act. emp. Misit ergo repletionis morbum in animas ipsorum, id est, ipsorum perniciem, vel ad ipsos, ex quo emaciati sunt, contra quam ipsi sperarent: vel, misit eis maciem, quæ eis accidit è repletionis et saturationis morbo; Num. 11, v. 20. In appetitus et desideria eorum (metonymicè, anima pro desiderio) cibi plenitudinem immisit, ut jam ad conspectum carnum pleni eis essent, ac eas appetere desinere, quæ quibusque capite penè antea erant perditæ, sicque cibi fastidium tabescerent. Hinc R. Abraham, R. David, et omnes fere Hebræi interpretantur *razon meth hammetaam* mortem (aut potius mortalitatem, lucem) sive pestem appetentium, quam (addit Kimhi) appellavit *razon*, sive *maciem*, quoniam existimabant se carnis expletos suam animam appetentem, eam pinguedine, cum illis contrarium contigerit, ut è nimia repletione et ingurgitatione macienti, phthisici et hectici evaserint. Videtur ergo hic morbus esse celsi, et Latinorum tabes, et Græcorum *σφοδρα*, quam, quoniam in sepulchris his Conspicentia è repletione et ingurgitatione contingebat, non ex inanitione, *σφαγισμὸν* dixerunt, id est, repletione emaciantem, attenuantem, tabefacientem, quod carnes justo Dei iudicio non possent satis digerere. Aliis est nausea et fastidium. Quicquam fuerit ille morbus, tum macies pro saginâ, mors pro viâ consecuta est, Num. 11, v. 20. Ubi per quamdam metathesim *zara* appellatur, q. d.: Alienatio, quam vocem *baul-hatturim* interpretatur *holi meghanim* agritudinem viscerum, postea autem, v. 32, *macha rabba* plaga magna, quam Aben Ezra, pestem, Chaldaeus, cædem.

VERS. 18. — IRRITAVERT MOSÈM IN CASTRIS, concitando schisma perniciosum, et seditionem in ipsum et Dei sacerdotem, Num. 16, v. 2, 3. SANCTEM DOMINI, consecratur in sacerdotium sacro oleo. Tertium est scelus.

VERS. 19. — ET OPERUIT SUPER CONGREGATIONEM ABIRON, patefacta terra hausit liberos istorum, domesticos, socios conspirationis et seditionis, cum tabernaculis et iumentis universaque substantiâ, ibid. v. 31, 32. Non meminit Core, quoniam ejus schisma nisi istorum principum Rubenitarum potentâ presidiisque frenatum, statim fuisset extinctum. Quare supplicium Core fuit mitius, dum filius ipsius non involvit.

VERS. 20. — IN SYNAGOGA FORÈM, in congregatione eorum; vel in congregationem et cœtum. Nam multos habebat seditionis socios. Unde ignis à Domino egressus consumpsit 250 viros, mortuique sunt 44,700 seditionis, Num. 16, v. 35, et 49.

VERS. 21. — ET PERCEPERIT VITULUM (1), fusilem.

(1) Id est, vitulum aureum ad similitudinem idoli Ægyptiaci fieri curaverunt ab Arone, qui metu compulsus obtemperavit vocibus populi. Fecerunt autem illud idolum in Horeb, id est, in regione adja-

Exod. 32, vers. 45, qualem colebant Ægyptii, Apim ente monti qui vocatur Horeb, et idem est cum monte Sinai, ut Theodoretus docet, et notum est ex Deuter. c. 4, vers. 15, et Exod. c. 19, v. 20.

ET ADORAVERT SCULPTILE, vitulum videlicet aureum: quamvis enim vitulus ille opere potius confatoris quam sculptoris factus fuerit, ut habetur in textu Hebræico, tamen sculptile dictum est significat, sive lignæ et marmoreæ, quæ proprie sculuntur, sive aereæ et argenteæ, quæ proprie conflantur. Meminit autem David montis Horeb, et sculptilis, cum notat idololatram populi, quia in monte Horeb non multo antea Deus apparsit initio divinæ legis dixerat: *Non facies tibi sculptile, non adorabis ea, neque coles*. Itaque multum adnotavit crimen Hebræorum, quod in ipso loco fecerint, et adgerunt sculptile, sive conflante, ubi hoc ipsum præcise vetitum fuerat.

ET MUTAVERT GLORIAM SEAM IN SIMILITUDINEM VITULI COMEDENTIS FOENUM. Exaggerat propheta stultitiam Hebræorum, quod substituentes idolum in formâ vituli Deo vero, commutaverint gloriam suam, id est, Deum verum, qui erat gloria ipsorum, in imaginem animantis bruti; nec dicit, Deum in vitulum, sed, quod vilius est, in imaginem vituli, id est, rem potissimum in rem vilissimam.

OBLITI SUNT DEUM, QUI SALVAVIT EOS, QUI FECIT MAGNALLIA IN EGYPITO, MIRABILIA IN TERRA CIAM, TERRIBILIA IN MARI RUBRO. Hoc etiam pertinet ad augendam stultitiam Hebræorum, qui obliti sunt Dei, qui eos salvaverat de captivitate Pharaonis, ut colerent Deum, qui neque se, neque alios salvare poterat: nam Moses contrivit vitulum aureum, et redegit in pulverem. Ipso vitulo non se defendente, ac ne sentiente quidem. Item obliti sunt Hebræi Dei omnipotentis, qui fecit magna in Ægypto, id est, mirabilia signa, et prodigia in totâ terrâ Ægypti, quæ etiam dicitur terra Ciam, et terribilia in mari Rubro, sicans mare illud, ut transirent filii Israel, et iterum aquas replens, ut suffocarentur Ægyptii, et coluerunt Deum inanem et imbellem, simulacrum videlicet mutum et mutile.

Hic notanda est temeritas Calvini hæresarchæ, qui scripsit, Hebræos in vitulo aureo coluisse Deum verum, cum David aperte dicat: *Obliti sunt Deum, qui salvavit eos*. Et paulo ante: *Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum*. Vide quæ scripsimus in libro de Reliquiis et Imaginibus, cap. 15.

ET DIXIT, UT DISPERDERET EOS, SI NON MOYES ELECTUS EUISSETISSET IN CONTRACTIONE, IN CONSPECTU EIUS, id est, tunc Deus dixit ac pronuntiavit volunatum suam esse, ut disperderet populum Hebræorum, et fecisset, nisi Moses electus famulus ejus, intercessio sua obtulisset, UT AVERTERET IRAM EIUS, NE DISPERDERET EOS. Illud, in *contractione*, in Hebræo est *bapperecs*, quod significat in *divisione*, sive in disruptione. Sanctus Hieronymus, secutus priorem significationem, veritè: *Nisi Moyses stitisset medicus contra faciem illius*, id est, nisi opponens se medium divisisset Deum à populo, et eo modo fecisset ne gladius iræ Dei ad populum perveniret; sed sequentiâ interpretis, secuti posteriorum significationem, verterunt in *fracturam*, nisi stitisset in *fracturâ*, et disruptione, hoc est, nisi opposuisset se ruinae imminenti; vel, nisi disrupto jam muro stitisset in medio, ut impediret irruptionem iræ Dei. Itaque metaphora sumpta est vel ab eo qui sustinet ruentem fabricam, et impedit ne penitus ruat; vel ab eo qui disrupto jam muro opponit se loco muri, ut arceat ingressum hostium; summa est, magnam vim habere intercessionem sanctorum apud Deum, ut hoc loco S. Augustinus annotavit. Et certè si non essent preces assidue servorum et amicorum Dei, quibus Deus placari se patitur, mundus, qui *totus in maligno positus est*, ut scribit S. Joannes, 4 epist., c. 3, non tandùm subsisteret. (Bellarminus.)

nomine (lege lactantium). Retinuerunt reliquias idololatriæ Ægyptiacæ, apud quod bos colebatur. Nam eorum pars relicta avorum et patrum religione ad Ægyptiam decesserat, ut fit, dum homines principum et gentium, inter quas habitant, impios cultus sectantur. In HOREB, in regione propequâ illi monti; metonymia: Nam stabant ad radices Sinai, Exod. 32, vers. 1. Ille autem mons, vel est ipse Sinai in Arabia, vel alius monti Sinai contiguus è regione Madianitarum, Deut. 9, vers. 8.

VERS. 22. — ET MUTAVERT GLORIAM SUAM, Deum decus suum, Deum sibi gloriosum mutaverunt in simulacrum vituli, quam figuram elegerunt, quia in Ægypto viderant Ægyptios adorare Apim in illâ formâ, ut ait Augustinus, lib. 1 de Mirab. Script., cap. 43. Sic mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem hominis, volucrum, quadrupedum et serpentium; Rom. 1, vers. 25. VITULA, Hebræicè, *schor*, bovis, contemptum, pascentis herbam. Relicto vero Deo, qui erat gloria et decus eorum, servierunt idolis, ibid. 1, 25.

VERS. 25. — QUI FECIT MAGNALLIA, magnas plagas et clades, Exod. 6, 7, 8, 10. IN TERRA CIAM. Respicit ad miracula edita in terrâ Gessen, in quâ nihil omnino perit eorum quæ pertinebant ad filios Israel, neque grandæ cecidit, etc., Exod. 9, v. 25. TERRIBILIA, miracula, ibid. 45, 41.

VERS. 24. — ET DIXIT, UT DISPERDERET EOS. Et dixit se disperditurum eos, et deleturum ad unum omnes, Exod. 32, v. 40. Et ita stauerat, nisi Moses stitisset in *contractione*, ut prohiberet eum aditu et rupturione, id est, ex opposito rupi muri, quasi in rupturâ muri, ad eum depellendum, ne per eum in urbem irruerent. Metaphora bellica: Nisi in ipsâ veluti muri disruptione se ei fortiter opposuisset, nisi intercessisset ad cobibendum eum. Gall., *en la brèche*. Moses suâ vehementi interpellatione est consecutus à Domino, qui in ipsos impetum faciebant, quasi ferro quidam hostis, ut suam sevitiâ ab eorum interceione retraheret, Num. 14, v. 43, 44, inò et diuturnâ. Nam quadraginta diebus et noctibus ad placandum Deum de peccato vituli in monte ante Deum precidit, Deut. 9, v. 18. Chaldaeus modum ipsius perruptionis exponit: *Nisi Moyses electus ejus surrexisset, ac institisset orare in conspectu ejus*.

VERS. 25. — ET PRO NILO HABERENT TERRAM DESIDERABILEM, fluentem lacte et melle, id est, rebus non tantum necessariis, sed etiam voluptariis, Num. 15, v. 50 et 14, v. 3, 4, 5.

VERS. 26. — NON CREDERUNT VERBO EIUS, quod daturus esset, aut dare posset terram illam quam promiserat, ubi exploratores reversi dixissent populos esse potentissimos, à quibus illa tenebatur. Non exaudierunt, non obtemperantur voci Domini. De murmure populi, redemptibus exploratoribus.

VERS. 27. — ET ELEVAVIT MANUM SUAM, levatâ manu juravit se eos prostraturum in deserto, Num. 14, v. 24; Heb. 5, v. 14; Ezech. 20, v. 3. Solent enim jurantes elevare manum. Sic alibi, Deut. 32, v. 4:

*Levabo ad calum manum meam, et dicam: Vitio ego in aeternum*. Et alibi, Gen. 14, v. 22: *Levabo manum meam ad Dominum Deum excelsum*. Et iterum, Nehem. 9, v. 45: *Super terram (promissionis) levasti manum, ut traderes eis*. Hinc Chald.: *Levatâ manu juravit in illos, quod daret eos interfectioni in deserto*. Alii: Elevavit manum suam, ad eos percutiendos scilicet, non tam rectè, ut sit gestus jamjam percussuri.

VERS. 28. — UT DEJICERET SEMEN EGËRUM IN NATIONIBUS, inter nationes. Sic in *regionibus*, inter, per terras, Amalecitarum, Chanæcorum; Num. 14, v. 45, Aradorum, Num. 21, v. 1.

VERS. 29. — ET INITIATI SUNT BEELPHEGOR, religione conjuncti sunt. *Beel-phegon*, idolo Moabitum et Madianitarum, à filiabus Moab invitati, Num. 23, v. 2, 5, et sacrificando, et cum filiabus eorum scortando, Behel-phegor, q. d., Dominus apertions, quem Priapum ab aliis vocatum nonnulli è voci affinitate colligunt. MORTUORUM, epithetum idolorum et demoniorum, quæ mortua sunt, quantum ad potentiam, et mortificat suos cultores: ut Dei epithetum est vivus, quia et in se propriè ac singulariter vivit, et aliis vitam tribuit. Alii, quoniam decorum collebat antiquitus sepulchra ostendebantur. Possi esse privans pro negante. NON VIVENTEM, quod idola non sint animata.

VERS. 50. — MULTIPLICATA EST IN EIS RUINA. Vox Hebræa violentiam includit. Perrupit copiosè in eos ruina, id est, plaga et clades, Num. 25, v. 8, 9.

VERS. 51. — ET STETIT PHINEES, ET PLACAVIT, scilicet Deum iratum, sumendo supplicium de transgressoribus. Exoravit eum, suis precibus coluit cladem. Supplicia impiorum placant iram Dei. *Pafal* hoc significat. Unde *tephilla*, precatio. Aliqui judicant, iudicium exercuit, scortatoribus interfectis et hastâ transfossis, ibidem. *Quassatio*, Hebræicè, *maguepha*, id est, plaga, percussio, cades, quæ perierant de populo 24 hominum millia, et principes Israel fuerant suspensi, ibidem. Propter Phineem desinit cedens, quæ longius progressura videbatur.

VERS. 52. — ET REPUTATUR EST ET IN JUSTITIAM (1).

(1) Quidam hunc versum sic intelligunt: Per omnes generationes hoc factum imputatur ei ad justitiam apud homines qui per omnes generationes ipsum Phinees laudant, tanquam justum ob opus zeli ipsius. Verum per illa verba, *in generatione*, etc., magis apparet Prophetam alludere ad verba Domini, quibus promisit ipsi Phinees et semini ejus sacerdotium sempiternum, dicens: *Eccè do ei pacem faderis mei, et erit ei et semini ejus pactum sacerdoti sempiternum*. Dicitur itaque hoc opus reputatum ei apud Deum ad justitiam usque in emperitum, quia Deus pro eo opere promisit ei sacerdotium sempiternum. Nec hinc promissioni obstat quod ad tempus modicum sacerdotium summum fuerit in familiâ Ithamar. Heli enim fuit ex domo Ithamar; nam quavis ad tempus ob causam aliquam fuerit in eâ, jus tamen summum sacerdoti mansit in familiâ Phinees. Unde ad eam mox rediit, in Sadoe scilicet, quem, rejecto Abiathar, qui fuit ex filii Heli, Salomon sacerdotem summum constituit, manifeste in ejus semine sacerdotium summum usque ad Christum, Itham non obstat quod sacerdotium illud legale non solum à semine Phinees, sed etiam à toto populo Judaico solum



Justitiæ et virtutis est ei datum à Domino in omnium seculorum perennialitatem, ut proinde eum constituerit principem sacrorum et gentis suæ, ut esset illi et seminum ejus dignitas sacerdotum in ætæternum, ibid. v. 15, et Ecdl. 45, v. 50; ut qui remunerator sancti zeli et facti heroiæ esse solet. Ut de fide Abraham Gen. 15, v. 6 dictum: *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam*: ita hic de virtute et opere Phineæ. Nempe opera fidei sunt utilis ad justificationem. In sempiternum, ad olam, usque in seculum, usque in longum tempus et diuturnum, nempe quadringentorum circiter annorum, donec propter posterorum iniquitates pontificatus ejus transierit ad Heli de Ithamaris familiâ. Alii, ut R. Levi, hoc seculum toto legis Mosaicæ tempore metiuntur, quamdiu aiunt durasse pontificatum in familiâ Phineæ, Paral. 6, v. 2, 5, 4 et Nehem. 15. Nam breves interruptiones, dum identidem reparantur, non enervant oraculorum firmitates. Unde nec Athalie septemne regnum, nec Babylonice captivitatè septuaginta per annos interregnum, irritam fecit promissionem Davidi factam de perennialitate sceptri in suâ familiâ.

VERS. 55. — ET IRRITAVERTUNT EUM AD AQUAS, in quibus jurgati sunt cum Mose et Deo, Exod. 17, v. 2. ET VIXITUS EST, à Domino. Ideo enim Mosem punivit Deus exclusione terre sanctæ, quod ad aquas Contradictionis, Num. 20, v. 12, visus fuisset dubitare de Dei voluntate. Sic ei noceat istorum culpa. Hebraicè, *væraia lemoscheh bahaburim*, id est, *et malè fuit Mosi propter eos*. Quod aliqui exponunt, non de punitione, sed de molestiâ et tedio, quod concepit Moses ex illa populi murmuratione et maledicentiâ. EXCERAVERTUNT, perturbaverunt, ejus offenderunt animum, et rebellem prope reddiderunt, pusillanimitate et incredulum. Peccavit scilicet ob perturbationem animi ex maledictis, et assiduis clamoribus populi conceptam.

